Quelle: https://manuscripta.at/?ID=1002
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



mensione tua cura nos pietatis semp viscera sensa
In die illis surgens petrus in medio fratrum dixit. Erat autem turba hominum simul fere centum viginti. Viri fratres oportet impleri scripturam quam predixit spiritus sanctus per os dauid de iuda qui fuit dux eorum qui comprehenderunt iesum: qui connumeratus erat in nobis. et sortitus est sortem ministerii huius. Et hic quidem possedit agrum de mercede iniquitatis et suspensus crepuit medius: et effusa sunt omnia viscera eius. Et notum factum est omnibus habitantibus in ierusalem ita ut appellaretur ager ille lingua eorum acheldemach hoc est ager sanguinis. Scriptum est enim in libro psalmorum. Fiat commoratio eorum deserta. et non sit qui inhabitet in ea et episcopatum eius accipiat alius. Oportet ergo ex his viris qui nobiscum congregati sunt in omni tempore quo intravit et exivit inter nos dominus iesus incipiens ab baptismate iohannis usque in diem qua assumptus est a nobis testem resurrectionis eius nobiscum fieri unum ex istis. Et statuerunt duos ioseph qui vocabatur barsabam qui cognominatus est iustus et matthiam et orantes dixerunt. Tu domine qui corda nosti omnium: ostende quem elegeris ex his duobus unum accipere locum ministerii huius et apostolatus de quo prevaricatus est iudas: ut abiret in locum suum. Et dederunt sortes eis. Et cecidit sors super matthiam. Et annumeratus est cum undecim apostolis

Introitus Omnis honor an ff matutinum dominica post epiphaniam

Gloria in excelsis deo Credo in unum deum Offertorium In omnem terram Secreta eius qui